Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



citur gloriari. Si quis igitur p̄sup-
biā & iactantiā sub uno computa-
uerit membro. septē inueniet uicia
capitalia. de quib; peccata omnia
idest actus iniquitatis & iniusti-
tię opera oriuntur. Peccata autē
alia uenialia. alia criminalia di-
cuntur. Venialia sunt que nec fa-
cile uitari possunt. ut aliquando
non fiant. neq; multā turpitudinē
uel lesionē magnā habent si fiant.
Criminalia dicuntur. que uel lesio-
nē magnā inducunt. uel turpi-
tudinē ingerunt. in quib; uel ds
uel ꝓximus multū ofenditur. uel
ille qui facit maculatur nimiū.
Talia sunt homicidia. adulteria.
ꝑiuria. furta. & que his similia
adiunguntur. uel continentur
in istis. sicut rapine. sacrilegia. &
incestus. & cetera talia. Venialia sunt
sic ~~ira~~ ira leuis & transitoria. risus. ~~&~~
~~ira leuis & transitoria~~. & eiusmodi que
sine deliberatione aguntur. & con-
tingunt siue ex negligentia in cap-
te siue ex infirmitate p̄cipitantur.